



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

Apparitio S. Michaelis Arch. S. Victor Mart. 8. Mai.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**



Apparitio S. Michaelis Arch.  
S. Victor Mart. 8. Mai.



Memoria Extr. Iudicij.

Sicut qui esurit, recordatur panis,  
sic qui saluari cupit extremi Iudicij.  
Cassian.

Præsta quæsumus omnipotens De-  
us, ut qui B. Victoris M tui natalitia (B.  
Michaelis Archangeli apparitionem)  
colimus, à cunctis malis imminenti-  
bus eius intercessione liberemur. Per  
D. N. Iesum Chr. &c.

Ora pro defunctis, &c



1. Apparitio S Michaelis Archange-  
li in monte Calabriae Gargano ex ori-  
entali Italiae latere ad austrum ver-  
gente dedit occasionē magni propug-  
naculi aduersus Turcas in ea regione,  
vti Domus Lauretanæ deportatio in  
idem latus vergens ad Boream. Taurū  
quē cū iratus Dni telis impeteret illaq;  
repercussa redirent, numen loco ines-  
se est notatum, & ab Epif. loci depre-  
hensum.

2. S. Victor natione Maurus Chri-  
stianus miles Mediolani à Maximiano  
Imp. ad sacrificia Idolorum compul-  
sus, cum impietati non consentiret, fu-  
sibus & liquato plumbo oppugnatus,  
& illæsus, demum Martyrij palmam  
abscissione capitis obtinuit.

3. B Itta Soror S. Modoaldi Treuir.  
Aēpi. nupta Duci Pipino, mater fuit S.  
Gertrudis & Beggæ, ea post mariti obi-  
tum sacri propositi velum à S. Aman-  
do accepit & seruauit.